

# PROF. ENOCH GLÄSER

Fakultät	Juristische Fakultät
Geboren	1628 in Landshut/ Schlesien
Gestorben	1668 in Helmstedt
Kurzvita	Jur. ao. Prof. in Helmstedt (1658–1661); Jur. o. Prof. in Helmstedt (1661–1668);
Studium in Helmstedt	Immatrikulation in Helmstedt: Enoch Gläser Landeshutä Silesius (04.05.1649)
Ehefrauen	Anna Sophia Gläser geborene Rinck, Heirat 1674
Porträt	HAB: A 779,
Quelle	
GND	<a href="https://d-nb.info/gnd/116649631">https://d-nb.info/gnd/116649631</a>
Permalink	<a href="https://uni-helmstedt.hab.de/prof-82-gl%C3%A4ser">https://uni-helmstedt.hab.de/prof-82-gl%C3%A4ser</a>

## Lehrstühle

1658–1661 Lehrstuhl für [o. A.], Helmstedt

1661–1668 Lehrstuhl für [o. A.], Helmstedt

## Vorlesungen (49)

[...] Privatim quae in rem cum maxime videbuntur, urgebit; posthac tamen ex loco publico indicenda., Sommersemester 1659

[...] Caeterum, Ludvvelliano Disputatorio Cllegio vix finito cum ad novam ejusdem notae operam incitatus sit, jamque manum revocandis sub examen Sutholdianis disputationibus admoverit nihil ipsi prius erit aut antiquius, quam ut laudabili Commilitonum ardori ex asse respondeat. [...], Sommersemester 1659

Enoch Glaeser in Interpretatione l. 2. ff. de O.I. posthac etiam publice perget, dabitque operam, ut semestri proximo, quae de Magistratum prudentiumque successionibus adhuc restant, absolvat. [...] Docet publice hora V., Sommersemester 1659

[...] Sutholdianarum Dissertationum, quarum jam XIV produxit, Examen brevi absolvet: nec desiderio nonorum, qui novum istiusmodi exercitium flagitant, deerit. [...], Wintersemester 1659/1660

Enoch Glaeser D. cum in publica Interpretatione I. 2. ff. de O. I. adhuc haereat eandem q: ob varia, quae intercesserunt, impedimenta suspendere coactus sit, posthac eo rem urgebit acrius, ut conficere maturius liceat. [...], Wintersemester 1659/1660

[...] Privatim continuabit expositionem Institutionum Imperialium, & si quid praeterea operae (quemadmodum quidem videtur) in se devolvi sentiat non minus libens suscipiet., Wintersemester 1659/1660

Enoch Glaeser D. cum in publicis Praelectionibus ad L. 23 ff. de R.I. provectus sit, eandem nunc & eio prolixius interpretandam suscipiet, quod pro clavi totius de contractibus doctrinae communiter habeatur. [...] Docet hora secunda., Sommersemester 1660

[...] Caeterum cum ordinario suo Resp. hebdomadarias in L. Pandectar. Libros disputationes, quarum XV. hactenus exhibuit, continuabit, juxtimque & alias, quibus limam jam addit proponet.

[...], Sommersemester 1660

[...] Privatim perget in expositione, Instit. Imperial. itemq; in Collegio, quod in nonorum gratiam denuo susceptit, Examinatorio; iis autem finitis (fiet enim hoc post unum alterumve mensem) ad exemplum Pacij praecipua Vtirusq; Iuris capita per Isagogen quandam explicabit: quin &, si id flagitare quidam perrexerint, ad ipsorum Digestorum explanationem admovebit manum., Sommersemester 1660

Enoch Glaeser D. occupatur adhuc in expositione tit. de. R.I. Dabit igitur operam, ut ea, qua cepit, methodo illum itegrum pertexat. [...] Docet hora II pomerid., Sommersemester 1661

[...] Quae restant ex Schnobelianis ad Libros Pandectarum disputationibus examini publico quamprimum subjiciet. Continuabit etiam, quas in L. Contractus ff. de R. I. exorsus est: aliasque non minus instituet. [...], Sommersemester 1661

[...] Caetera vel imperabunt vel suadebunt futura desideria Commilitonum., Sommersemester 1661

[...] Privatim utrumque in Instit. Imper. Collegium, tam Lectorium quam Examinatorium fideliter urgebit, si que alia ab ipso exposcantur, hoc ipso suas operas & offert & pollicetur., Wintersemester 1661/1662

Enoch Glaeser D. postquam publice de R. I. titi. in quo adhuc haeret, absolverit ad alia & quidem ad selectiores Imp. Iustiniani Novellas explicandas se conferet. Continuabit insuper hebdomadarias, quibus non ita pridem se denuo accinxit, Disputationes, integrasque adeo Pandectas, aut praecipua saltim earundem capita semestri spatio percurret. [...], Wintersemester 1661/1662

Enoch Glaeser D. juxta interpretationem publ. Instit. Imper. quam nuperrime cepit, simul horis succisivis Novellas aliquot explicabit, instituto isthoc praeliminari Programmate plenius prius exponendo. [...] Docet publ. hora II. pomerid., Sommersemester 1662

[...] Continuabit ordinarias in Digesta Disputationes & alias iisdem quamprimum superaddet de Jure Naturae, de Jure Statutario, quaeque his similes erunt, unam atque alteram Dissertationes. [...], Sommersemester 1662

[...] Privatim in Examinatorio, quod ita vocatur, desudat, cui cum ultima manus quamprimum imponenda sit ad alias, quae in promptu sunt, operas se convertet., Sommersemester 1662

Enoch Glaeser D. publice aliquandiu adhuc in expositione Instit. Imperiall. perget, mox, quae sui muneris est, interpretationi Novellarum se accincturus. [...] Docet h. II. pomeridiana., Wintersemester 1662/1663

[...] Privatim continuabit discursus ad Pandectas. Disputationes etiam ad easdem brevi absolvet & alia, quae Studiosis prodesse noverit, nunquam negliget., Wintersemester 1662/1663

Enoch Gläser D. Novellarum interpretationem, quam non ita pridem suscepit, persequetur & quanquam de omnibus ex ordine sit acturus subsistet tamen in illis praecipue, quae foro hodierno subserviunt. [...] Docet hora secunda pomerid., Sommersemester 1663

[...] Praeter haec Schnobelianis ad Pandectas Disputationibus publice hactenus excussis ejusdem Autoris theses Feudales rogatu quorundam Studiosorum futuro examini sistet; quin & propedeim materias alias de Iudicijs Incendiis, Tutelis, de Fama item ejusdem imminutione proponet. [...], Sommersemester 1663

[...] Privatim vero continuabit consuetos in insigniores Digestorum controversias discursus., Sommersemester 1663

[...] privatim urgebit interpretationem Institutionum Imper methodo hactenus usitata, sique plura ab ipso exposcentur in gratiam Studiosorum quam promptissime suscipiet., Wintersemester 1663/1664

Enoch Gläser D. in exponendis Novellis Constitutionibus publice porro occupabitur: [...], Wintersemester 1663/1664

Enoch Glaeser D. quam primum in Expositione Novellarum publice progredietur, [...] Docet h. II., Sommersemester 1664

[...] cumque trimestri hiberno proximo Feudale Ius juxta ductum Schnobelii Disputationibus hebdomadariis fere absolverit succinctam ejus elucidationem privatim posthac suscipiet, non neglectis praeterea, quae in Lectorio & examinatorio ad Institut. Collegijs restant., Sommersemester 1664

Enoch Glaeser D. Compendium Iursi Novissimi, quod non ita pridem indixit, in publico posthaec proponere ac urgere perget; [...] Docet h. II. post merid., Wintersemester 1664/1665

[...] continuabit insuper hebdomadarias super Digesta Disputationes & si qui fuerint qui pluribus etiam exercitiis socias vel obtulerint vel offerenti commodaverint manus illorum voto ac voluntati libenter respondebit., Wintersemester 1664/1665

[...] Privata Exercitia ad votum eorum, quorum intererit, informabit., Sommersemester 1665

Enoch Glaeser D. Summa Novellarum capita juxta ductum & ordinem Instit. Imperialii porro excutiet, non praetermittendis etiam illis materiis, de quibus in iisdem ab Imperatore nihil fuit tactum. Vrgebit praeter haec hebdomadaria Examina Pandectarum, dabitque operam, ut sufflamen, quod nuperum iter injecit, majori posthac alacritate corrigatur. [...] Docet h. II. postmerid., Sommersemester 1665

Enoch Glaeser D. in publico Institutiones & juxta earundem ordinem Novellas Iustinianaeas more hactenus consueto interpretari perget; [...] Docet hora II. post merid., Wintersemester 1665/1666

[...] privatim Pandectarum explicationem ad ductum Struviani Syntagmatis porro continuabit, [...], Wintersemester 1665/1666

[...] disputandi quoque ansam ex iisdem quam primum offeret., Wintersemester 1665/1666

Enoch Glaeser D. postquam a Serenissimis Acad. Nutritijs post obitum Soceri sui D. Henrici Binnii p.m. Professio Institut. Imperial. & Juris Criminalis elementissime sibi demndata est, dabit posthac operam, ut utramque pro virili ornet. Institutionum quidem interpretationem publicam quam primum de novo suscipiet, hac lege, ut, Deo juvante, prioribus novem anni mensibus easdem absolvat; tres reliquos autem expositioni criminalium impendat. [...], Sommersemester 1666

[...] Privatim continuabit discursus ad Pandectas juxta ductum Syntagmatis Struviani; [...], Sommersemester 1666

[...] disputationes insuper, quas non ita pridem sub nomine Miscellorum Juris in publico proponere coepit, strenue urgebit & hoc ipso Semestri absolvet., Sommersemester 1666

Enoch Glaeser D. in publico textum Institutionum Imperiall. ordine hactenus consueto explicabit propositurus insuper horis extraordinariis Compendium Iuris Criminalis. [...] Docet hora II. pomerid., Wintersemester 1666/1667

[...] Privatim post aliquod interstitium redibit ad illustrationem Syntagmatis Struviani. [...], Wintersemester 1666/1667

[...] Disputationes etiam, quas super Pandectas denuo habere caepit, per Dei gratiam sine interruptione urgebit, sique alia ab ipso exposcentur, promptissima semper opera suscipiet., Wintersemester 1666/1667

Enoch Glaeser D. in publico horis ordinariis tradet Jus Criminale; [...] Docet hora II. postmerid., Sommersemester 1667

[...] extraordinariis autem Mercurii & Saturnii diebus pertextet, quae in Instit. Imperiall. expositione

reliqua manserunt. [...] Docet hora II. postmerid., Sommersemester 1667

[...] Easdem Institutiones rogatu nonorum privatim de novo interpretabitur, & breves singulorum titulorum summas ad calamum dictabit. [...], Sommersemester 1667

[...] Continuabit praeterea disputandi exercitium publicum super Pandectas, & intra paucos menses toti operi extremam manum superaddet., Sommersemester 1667

Quod disputationes ordinarias attinet, Schnobelianas quidem (quia praeter spem mora quaedam injecta est) intra unum alterumve mensem; reliquas vero, quas ad ductum Hahnianorum Observatorum eruditissimus quidam juvenis non ita idem hoc semestre pertextet., Wintersemester 1667/1668

[...], privatis etiam discursibus ad Instit. Imperial. quam primum fieri poterit, optatum finem imponet. [...] Quod reliquum est operis, ad quod se promptum paratumque offert, id omne suscipiet ex voluntate eorum, quorum intererit., Wintersemester 1667/1668

Enoch Glaeser D. in publicis lectionibus Ius Criminale interpretari perget & Deo adjuvante hoc ipso semestri absolvet, [...], Wintersemester 1667/1668

Enoch Glaeser D. Institut. Imper. interpretationem, quam privatim absolvit, in publico posthac repetet, discursibus qui ex J. Criminali restant ad dies extraordinarios remissis. [...] Docet hora II. pomerid., Sommersemester 1668

[...] Continuabit praeterea disputationes publicas ad Observata Theoret. Practica B. D. Hahnii cum mantissa positionum ex opere Grotiano de I.B. & P. [...], Sommersemester 1668

[...] Privatas diatribas ex arbitrio simul & commodo Auditorum instituet., Sommersemester 1668

### Dissertationen (32)

De libero arbitrio secundum jus civ. et can. tam constituendo quam constituto, 13.08.1659. VD17 14:020492K

De contractu chirographario, 02.11.1659. VD17 7:698897Q

De vectigalibus, 10.03.1660. VD17 14:639452P

De mutuo, 27.06.1660. VD17 23:676353R

De via publica / Vom freyer Land- und Heerstraßen / itemque de juribus eidem annexis, 12.01.1661. VD17 23:235897Y

De contractibus itemque de dolo ac culpa eorumque praestationibus in genere, 20.02.1661. VD17 3:683324U

De homicidio, 28.02.1661. VD17 7:632169B

De alendis a parentibus liberis, 20.04.1661. VD17 7:632838N

De vocatione in jus sive citatione, 15.06.1661. VD17 23:254090D

De procuratore, 21.09.1661. VD17 23:250988Q

De jure naturae, 28.02.1662. VD17 12:144557C

De jure statutorio, 26.04.1662. VD17 12:152176F

De simulatione, 26.04.1662. VD17 23:251585Z

De sortitione, 31.08.1662. VD17 23:248332L

De homicidio necessario, 30.09.1662. VD17 7:653478C

De usucapionibus et praescriptionibus / Von der Verjährung, 31.01.1663. VD17 23:250572R

De jure in re (dissertatio opposita Jacobo Bornio), 25.02.1663  
 De incendiis, 28.02.1663. VD17 1:005768S  
 De judiciis, 31.03.1663. VD17 7:698964C  
 De fama ejusque imminutione, 02.05.1663. VD17 23:250805K  
 De tutela et cura, 06.06.1663. VD17 23:248813G  
 De iudice ejusque officio in genere, 30.09.1663. VD17 23:254112X  
 Joachimi Schnobelii in libros feudorum exercitationes 11 ob brevitatis laudem et gratam rerum copiam post Rostochiensem, Jenensem et Wittebergensem editiones in Academiam quoque Juliam transductae publicoque examini subjectae ab Enoch Glaesero. Accessit H, 1664. VD17 1:058487L  
 De examine testium, 14.12.1665. VD17 14:024733M  
 De nullitatibus sententiarum, 06.02.1666. VD17 23:249393M  
 De contractu literali, 28.02.1666. VD17 23:247916F  
 De thesauro, 31.03.1666. VD17 12:145720V  
 De eo quod circa dotes et natura et ex instituto justum est ejusque legitima in iudicio obtinendi ratione, 22.09.1666. VD17 23:254150H  
 De foro privilegiato, 27.09.1666. VD17 23:249386C  
 De gratia delinquentibus facienda et variis poenae remittendae vel mitigandae causis, 09.02.1667. VD17 1:013395M  
 De sequestratione, 31.08.1668. VD17 23:251764Q  
 Disputatio Iuridica De Usucapionibus Et Praescriptionibus, Von der Verjährung , 10.02.1672. VD17 23:258176K

### Beteiligung an Dissertationen (5)

Respondent in: Johann Eichel (Präses): Varia ex jure secundum ordinem Pand., 06.02.1656  
 Respondent in: De vera philosophia juris, 22.07.1658. VD17 23:234314S  
 Respondent in: Heinrich Hahn (Präses): De praeventione jurisdictionis, 26.08.1659. VD17 23:249714P  
 Respondent in: De compilatione Novellarum inique a nonnullis reprehensa, 01.03.1663  
 Respondent in: De praeeminentia juris criminalis, 28.05.1667

### Rechenschaftsberichte

Zeitraum	22.07.1658–16.12.1658
Text	Index / Lectionum et Disputationum tam publicarum quam privatarum â tempore susceptae Professionis â me habitarum. / A die XXII Mense Iulii Orationem inauguralem in publica Panegyri habui de vera Iuris Philosophia. / Augustus / Huius die XVII cepi privatim explicare Institutiones Iustinianas et eius exercitio diligenter hactenus continuato ad huc immoror. / Eiusdem die XXVI publicarum praelectionum initium feci ad demandatum Titulo sequentes die O. I. / September / Per hunc Mense integrum in utroque perrexi, et in isto quidem initio de rubricis in genere, et in specie postmodum de generali tituli partitione, et his /v/ praemissis 1. De Arbitio Principis 2. De Legibus curiatis paulo fusius egi. Absolvi praeterea Collegium Examinatorium in nonnullorum

gratiam ante tempus semestre indictum et fideliter continuatum. / October / Cepi ex libro 2 § 3 die <O.I.> de incerto post Regifugium dure agere, hocque aliquandu continuavi. Postmodum cum ob tenebram <h.V.> pomeridanam publicis meis lectionibus consecutam occupantium minor Auditorum frequentia videbatur inducias quartam eorundem ipsorum voluntate decrevi. Compensavi vero cessationem Disputationibus a diebus II, XIII, XXIII et XXVII mensis eiusdem publice habitis. / November / Praelectionum ordinariorum ob eundem causam suspensarum vicem sustinere itinere feci Disputationes ad diebus III, XIII, XVII et XX huius mensis a me habitas. / [43r] / December / Perrexi in iisdem Disputationibus, et. / Die I huius mensis undecimam. / Die IV Duodecimam. / Die VIII Decimam tertiam. / Die XII Decimam quartam. / Die XVIII Decimam quintam. / Die XXIV Decimam sextam. / Die XXIX Decimam septimam. / Die XXXI Decimam octavam subnectens cum sine anni universo isti Collegio publico felicem finem imposui: Id quod Schedae Disputationum illarum indices, quas eam ob causam Catalogi huic adieci testabuntur. E re a visum fuit â primo delatae Provinciae initio, qua a me per acta sint configurare, cum nullam adhuc eorundem rationem reddiderim, hocque quo minus trimestri proximo fieret, necessaria quindam set a Magnifico ViceRectore impetratu absentia impediverunt. / Helmstati die 31 Decembris 1658 Enoch Glaeser

Quelle 37 Alt 2491, Fol. 42 f.

Zeitraum 31.12.1658–19.03.1659

Text Index Lectionum et disputationum a me habitarum / Ianuarius / Februarius / Utroque mense cum adhuc tensiones tenebrae lectiones publicas morascentur privatim eo perrexi diligenti in explicatione Institutionum Iustinianearum / Martius / Die huius mensis 10 quod instans verum aequinoctium longiusculae lucis spem faceret, redii ad lectiones publicas et hactenus de Legibus XII Tabulae, easque secutis prudentum Interpretationibus paulo fusius egi / Die 19 eiusdem novi Collegi disputatorio felix initium feci iusto posthac ordine Bernhaldi Sutholdi dissertationes examinaturus / Enoch Glaeser

Quelle 37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol.53; 138

Zeitraum 31.12.1659–31.03.1660

Text Index Lectionum ac Disputationum tam publice quam privatim a me habitarum ab ineunte Anno 1660 ad festum usque Paschalibus anni eius domini / Ianuarius / Die IV privatim tractare coepi ex Institutionibus Imperialibus materiam testamentariam / die VII disputationem ad Pandectas quartam in Auditorio publico habui / XIV Proposui earundem quintam / [die] XVI in nonnillorum gravam [?] privatium Examen orsus sum iterumque adhuc hodie incumbo (?) / XVIII Publici tit. ff. et R.J. interpretari coepi / [die] XXI Exhibui disputationem sextam / [die] XXVI Post praemissa generaliora per aliquot Lectiones exposui naturam regularum [...] officium ad l. I d.t. / [die] XXVIII Disput. septimam habui / Februarius / } [diebus] VIII, XV, XVIII, XXV Exhibui 8, 9, 10 et 11nam disputationes / a publicis a et privatis Lectionibus cum sonnet [?] atque iterum rantum [?] cessaverim in illis [...] ad l. 15 c. 7 in his V ac doctrinam de successionibus ab intestato delatus sum / Martius / [die] VIII Ex Nov. II & eiusdem explicanda feci initium / [die] X Proposui disput. in

Pandectarum doctrinam / [die] XV Privatim in Lib. III Instit. ac materiam obligationum et Contractuum perrexi / [die] XVII De Vectigalibus sperato et ab actinariis illis diversa habui disputationem / [die] XXIV Earundem XIII produxi / Aprilis Cum renunciatus et Paschatos iam feria imminerentur quin [...] l. 23 ff. T.R.J. ad quam proverbus eram majorem sibi cultram flagitat et publicis qdum intronib. cessavi, ex disputationibus a tabui [...] XIV et XVnat insuper habitis q. privatum in uti o. Exercitio urgenta incubuorum (?) / Enoch Glaeser Doctor

Quelle 37 Alt 2493, fol.48

### Zitierhinweis

Prof. Enoch Gläser. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: <https://uni-helmstedt.hab.de/prof-82-gl%C3%A4ser> [06.07.2026]